

VIDA Y ESCRITOS  
DE C. JULIO CÉSAR.

---

Cayo Julio César nació en Roma de una de las mas ilustres familias, 98 años antes de Jesucristo : era hermoso, de un singular talento, afabilidad y atractivo, liberal en demasía, y de un esfuerzo mayor de lo que se puede creer. Fué dotado por la naturaleza del talento mas bien dispuesto para la elocuencia y milicia. Sus rápidas conquistas le hicieron muy semejante á Alejandro Magno, de quien parece quiso ser émulo, pues viendo en Cádiz su estatua, prorumpió en estas palabras, acompañadas de lágrimas : *Alejandro en la edad que yo tengo ya habia conquistado el mundo, y yo nada he hecho que sea memorable*. Logró los principales empleos y puestos de la república, cuestor, tribuno militar, edil, pontífice máximo, pretor y gobernador de España. Su desmesurada ambicion, que no admitia compañero, le movió á decir *que mas queria ser el primero en una cabana que el segundo en Roma*. A la vuelta de España se coligó con Pompeyo y Craso con la mira de alzarse con el consulado, formando aquel *triumvirato* tan aciago como famoso en la serie de la historia romana. Hecho cónsul, se ganó las voluntades de Romanos y extranjeros con su genio popular; mas no pudo atraerse á Ciceron ni á Caton, á quienes desterró porque habian penetrado sus siniestras intenciones. Despues de su consulado le tocó el gobierno de la Galia, que sujetó al imperio romano. Venció asimismo á los suizos, alemanes, belgas é ingleses. Esta nueva gloria desconcertó la armonía del *triumvirato*, tanto que obligó á Pompeyo á lograr del senado un decreto contra César. Opúsose Marco Antonio, tribuno de la plebe, y se huyó adonde César estaba. Este, con pretexto de amparar la potestad tribunicia, dió principio con una sola legión á la guerra civil contra Pompeyo, que llevaba en su poder todas las fuerzas de la república. Despues de varios sucesos de esta guerra por mar y por tierra, en Farsalia se dió batalla decisiva en que quedó por César el campo y el señorío de Roma. Diósele el título de dictador, aunque él pretendia el de empe-

rador. En cinco dias triunfó solemnemente en Roma de la Galia, Egipto, Ponto, Africa y España. Reformó el calendario romano, valiéndose para esto de Sosigenes, famoso astrónomo, que arregló el año al movimiento del sol. Jamás hubo ciudadano romano que mereciese del senado y pueblo tantas honras. Aquél le permitió la honra singular de cubrir su cabeza calva con corona de laurel : honra que él estimó en mucho, pues sentia que aquel defecto fuese objeto de la risa de muchos. ¿Qué mas? Hasta entonces lo que mas abominaron los Romanos fué el nombre de rey, y aun este título pretendian dársele señalándole por dominio todo el imperio romano, menos la Italia. Conjuráronse contra esta determinacion Casio y Bruto, y el dia 15 de marzo, estando César en el senado, le dieron veinte y tres puñaladas. Murió el año 56 de su edad, y 42 antes del nacimiento de Jesucristo. Dícese que, viendo con el puñal á Bruto entre los conjurados, dijo : *¿Tú tambien, ó Bruto?* Cosa es que causa admiracion que entre el estruendo de tantas guerras pudiese dejarnos escritas las memorias de las hazañas que hizo, y otros varios escritos que no han llegado á nuestro tiempo, tanto en verso como en prosa. En los Comentarios de las guerras de Galia y de las civiles, que son los únicos manumentos que tenemos, está pintada la viveza de su ingenio en el modo de escribir, igual á la rapidez de sus victorias. Son mirados como un modelo de estilo sencillo, y como tal se deben proponer en las escuelas, su latinidad es muy digna del siglo de oro. La naturalidad y sencillez inimitable. Hé aquí el juicio que de ellos hace un maestro tan diestro como Ciceron : *Nudi sunt, recti, et venusti, et omni orationis ornatu, tanquam veste detracta : stultis scribendi materiam præbuit; sanos verò homines à scribendo deterruit.*

---

# C. JULII CÆSARIS

## COMMENTARIORUM DE BELLO CIVILI

### LIBER PRIMUS.

Cap. I. Litteris a Fabio C. Cæsaris consulibus redditis, ægrè ab iis impetratum est, summâ tribunorum plebis contentione, ut in senatu recitarentur. Ut verò ex litteris ad senatum referretur, impetrare non potuit. Referunt consules de republicâ in civitate. L. Lentulus consul senatui rei que publicæ se non defuturum pollicetur, si audacter ac fortiter sententias dicere velint : sin Cæsarem respiciant, atque ejus gratiam sequantur, ut superioribus fecerint temporibus, se sibi consilium capturum, neque senatûs auctoritati obtemperaturum : habere

### LIBRO PRIMERO

DE LOS

## COMENTARIOS DE C. JULIO CÉSAR

### SOBRE LA GUERRA CIVIL

Cap. I. Luego que Fabio entregó la carta de C. César á los cónsules, se consiguió de ellos con dificultad, por el grande empeño de los tribunos del pueblo, que se leyese en el senado; pero no se pudo lograr que se hiciese formal propuesta en él de su contenido. Los cónsules dan cuenta del estado actual de la república y de la ciudad. El cónsul L. Lentulo « prometió no faltaria con su persona ni « al senado ni á la república, con tal que cada uno libre y esfuerza- « damente expusiese su dictámen, pero que si atendian á los res- « petos de César y querian congraciarse con él, cómo tiempos atrás « lo habian practicado, él por si mismo tomaria determinacion, y « no atenderia á la autoridad del senado : que él tambien tenia

se quoque ad Cæsaris gratiam atque amicitiam receptam. In eandem sententiam loquitur Scipio, Pompeio esse in animo reipublicæ non deesse, si senatus sequatur : sin cunctetur, atque agat lenius, nequidquam ejus auxilium, si postea velit, imploraturum. Hæc Scipionis oratio, quod senatus in urbe habebatur, Pompeiusque aderat, ex ipsius ore Pompeii mitti videbatur.

II. Dixerat aliquis leniorem sententiam, ut primò M. Marcellus; ingressus in eam orationem, non oportere ante de republicâ ad senatum referri, quàm delectus totâ Italiâ habitî, et exercitus conscripti essent, quo præsidio tutò et liberè senatus, quæ vellet, decernere auderet : ut M. Calidius, qui censebat, ut Pompeius in suas provincias profisceretur, ne qua esset armorum causa : timere Cæsarem, abreptis ab eo duabus legionibus, ne ad ejus periculum reservare, et retinere eas ad urbem Pompeius videretur. Ut M. Rufus, qui sententiam Calidii, paucis ferè mutatis verbis, sequebatur. Ii omnes convicio L. Lentuli consulis correpti exagitabantur. Lentulus senten-

« acogida en la gracia de César y en su amistad. » Escipion habla en la misma sustancia : « Que Pompeyo estaba resuelto á no des- « amparar la república con tal que le siguiesen los senadores; « pero que si andaban en dilaciones y con suaves providencias, en « vano sería despues buscar su auxilio quando le implorasen. » Estas palabras de Escipion parecian salir de la boca del mismo Pompeyo, por hallarse este inmediato á Roma, y tenerse el senado dentro de Roma.

II. Alguno hubo que dió su dictámen en términos mas comedidos, qual fué M. Marcelo, quien luego que le tocó hablar dijo : « Que no convenia proponer el estado de la república hasta que se « hubiesen hecho levas de gente y alistado ejércitos en toda la « Italia, á cuyo abrigo pudiese segura y libremente el senado re- « solver lo que quisiese. Cual fué tambien M. Calidio, quien era de « opinion que Pompeyo marchase al gobierno de su provincia para « impedir cualquier motivo de tomar las armas : pues temia César « que Pompeyo habiéndole tomado dos legiones, mantenía y con- « servaba su ejército junto á Roma, al parecer para destruirla. » Semejante fué el voto de M. Rufo, que con poca diferencia seguia el dictámen de Calidio. Todos estos andaban exasperados con los dicterios y voceria del cónsul Lentulo, quien dijo que de ningun modo

tiam Calidii pronuntiaturum se omnino negavit. Marcellus perterritus conviciis, a suâ sententiâ discessit. Sic vocibus consulis, terrore præsentis exercitûs, minis amicorum Pompeii plerique compulsi, inviti et coacti, Scipionis sententiam sequuntur: « Uti ante certam diem Cæsar exercitum dimittat; si non faciat, eum adversus rempublicam facturum videri. » Intercedunt M. Antonius, Q. Cassius, tribuni pl. Refertur confestum de intercessione tribunorum: dicuntur sententiæ graves. ut quisque acerbissimè crudelissimèque dixit, ita quam maximè ab inimicis Cæsaris collaudatur.

III. Misso ad vesperum senatu, omnes, qui sunt ejus ordinis, a Pompeio evocantur. Laudat promptos, atque in posterum confirmat; segniores castigat, atque incitat. Multi undique ex veteribus Pompeii exercitibus, spe præmiorum atque ordinum evocantur; multi ex duabus legionibus, quæ sunt traditæ a Cæsare, arcessuntur. Completur urbs. Ad jus comitiorum tribunos pleb. C. Curio evocat. Omnes amici consulum, necessarii Pompeii, atque eorum, qui veteres inimicitias cum

publicaria el dictâmen de Calidio. Marcelo aterrado con las voces se volvió atrás. De este modo por la gritería del consul, por medio del ejército que estaba cerca, y por las amenazas de los amigos de Pompeyo, la mayor parte precisados, mal de su grado y á mas no poder, abrazan el dictâmen de Escipion, y era: « que César despidiese el ejército antes del dia que señalasen; y que si no lo hacia « se le tuviese por sospechoso de que obraba contra la república. » Protestaron esto los tribunos del pueblo M. Antonio y Q. Casio. Al punto se da cuenta al senado de la protesta de los tribunos. Hay severos dictâmenes. Son en gran manera aplaudidos por los enemigos de César, á proporcion del rigor y severidad con que cada uno votó.

III. *Misso ad vesperum*, despedido el senado por la tarde. *Atque in posterum*, los alienta para en adelante. *Segniores*, á los cobardes los reprende y acalora. (Es muy comun el verbo *castigo* en este sentido.) *Completur*, llénase Roma de gente armada. *Ad jus comitiorum*, para mantener los fueros de las juntas ..

Cæsare gerebant, coguntur in senatum, quorum vocibus et concursu terrentur infirmiores, dubii confirmantur; plerisque verò libera potestas decernendi eripitur. Pollicetur L. Piso censor, sese iturum ad Cæsarem, item L. Roscius prætor, qui de his rebus eum doceant. Sex dies ad eam rem conficiendam spatii postulant. Dicuntur etiam a nonnullis sententiæ, ut legati ad Cæsarem mittantur, qui voluntatem senatûs ei proponant. Omnibus his resistitur; omnibusque oratio consulis, Scipionis, Catonis opponitur. Catonem veteres inimicitia Cæsaris incitant, et dolor repulsæ. Lentulus æris alieni magnitudine, et spe exercitûs, ac provinciarum, et regum appellandorum largitionibus movetur: seque alterum fore Syllam inter suos gloriatur, ad quem summa imperii redeat. Scipionem eadem spes provinciæ atque exercitum impellit, quos se pro necessitudine partiturum cum Pompeio arbitratur: simul iudiciorum metus, adulatio, atque ostentatio sui, et potentium, qui in republicâ iudiciisque tum plurimum pollebant. Ipse Pompeius ab inimicis Cæsaris incitatus, et quod neminem dignitate secum exæquari volebat, totum se ab ejus amicitia averterat, et cum communibus inimicis in gratiam redierat, quorum ipse maximam partem illo affinitatis tempore adjunxerat Cæsari. Simul infamia duarum legionum permotus, quas ab itinere Asiæ, Syriæque ad suam potentiam dominatumque converterat, rem ad arma deduci studebat.

IV. His de causis aguntur omnia raptim, atque turbatè; neque docendi Cæsaris propinquis ejus spatium datur, nec tribunis plebis sui periculi deprecandi, neque etiam

*Cum Cæsare gerebant*, que eran enemigos antiguos de César. *Coguntur*, se juntan. (Significacion muy comun en los historiadores.) *Terrentur*, los cobardes se intimidan y los dudosos se alientan. *Liberè decernendi*, se les quita el poder votar libremente. *Dolor repulsæ*, el sentimiento de no haber sido atendida su pretension (de la pretura). *Æris alieni*, por sus grandes deudas. *Largitionibus*, con las dádivas de los que conseguian titulo de reyes. *Ad quem*, de que recayese sobre sí el supremo mando. *Impellit*, á Escipion le da ánimo la esperanza del gobierno y de mandar ejércitos. *Affinitatis*, cuando fueron amigos. *Rem ad arma*, queria que por las armas se decidiesen sus diferencias.

IV. *Aguntur*, en todo se procede con precipitacion y confusion. *Docendi*, de informar á César. *Sui periculi deprecandi*, de evitar el peligro que corrian sus personas...

extremi juris intercessione retinendi, quòd L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur; sed de sua salute die septimam cogitare coguntur; quòd illi turbulentissimi superioribus temporibus tribuni pl. octavo denique mense suarum actionum respicere ac timere consueverant. Decurritur ad illud extremum atque ultimum S. C., quòd, nisi penè in ipso urbis incendio atque desperatione omnium salutis, latorum audacia, nunquam ante discessum est: « Dent operam consules, prætores, tribuni pl., quique pro consulibus sunt ad urbem, ne quid resp. detrimenti capiat. » Hæc S. C. præscribuntur ad septimum Id. Januarii. Itaque, quinque primis diebus quibus haberi senatus potuit, quo ex die consulatum iniiit Lentulus, biduo excepto comitiali, et de imperio Cæsaris, et de amplissimis viris tribunis plebis, gravissimè acerbissimèque decernitur. Profugiunt statim ex urbe tribuni plebis, seseque ad Cæsarem conferunt. Is eo tempore erat Ravennæ, expectabatque suis lenissimis postulatis responsa, si quæ hominum æquitate res ad otium deduci posset.

V. Proximis diebus habetur senatus extra urbem: Pompeius eadem illa, quæ per Scipionem ostenderat, agit. Senatus virtutem constantiamque collaudat, copias suas exponit, legiones habere sese paratas decem. Præterea cognitum, comperitque sibi, alieno esse animo in Cæsarem milites, neque iis posse persuaderi, ut eum defendant aut sequantur. De reliquis rebus ad senatum refertur; tota ut Italiâ delectus habeatur;

*Extremi juris*, de mantener su último fuero, que era el poder pro-  
testar. *Turbulentissimi*, sediciosos. *Actionum suarum*, no pensa-  
ron ni temieron de sus procedimientos hasta ocho meses despues  
de dejado el empleo. *Quòd... nunquam*, á que nunca hasta ahora se  
recurrió. *Hæc senatusconsulta*, expide el senado estos decretos  
dia siete de enero. *Quo ex die*, desde que comenzó Léntulo á ser  
cónsul. *Gravissimè, acerbissimèque decernitur*, se dan muy seve-  
ras y rigurosas providencias. *Ad Cæsarem conferunt*, se van al  
César. *Levissimis postulatis*, preterisiones fáciles de conceder. *Si  
quæ hominum æquitate*, si se podían ajustar aquellas diferencias  
en paz por algun razonable partido.

V. *Copias suas exponit*, manifiesta el poder de sus tropas. *Alieno esse animo*, que estaban encontrados con César...

*Ne quid respub.*, que la república no recibiese algun daño. Solo en los últimos apuros y peligros hacia el senado semejante encargo.

*Biduo excepto comitiali*, á excepcion de los dias de juntas. En los dias que se juntaba el pueblo no podía haber senado.

Faustus Sylla pro prætore in Mauritaniam mittatur, pecunia ut ex ærario Pompeio detur. Refertur etiam de rege Jubá, ut socius sit, atque amicus: Marcellus verò passurum se in presentia negat. De Fausto impedit Philippus tribunus plebis. De reliquis rebus S. C. perscribuntur. Provinciæ privatis decernuntur; duæ consulares, reliquæ prætorias. Scipioni obvénit Syria: L. Domitio Galia: Philippus et Marcellus privato consilio prætereuntur, neque eorum sortes ejiciuntur. In reliquas provincias prætores mittuntur, neque expectant, quod superioribus annis acciderat, ut de eorum imperio ad populum referatur, paludatique, votis nuncupatis, exeant. Consules, quod ante id tempus acciderat nunquam, ex urbe profisciscuntur; lictoresque habent in urbe, et Capitolio privati, contra omnia vetustatis exempla. Totâ Italiâ delectus habetur, arma imperantur, pecuniæ a municipiis exiguntur, et e fanis tolluntur; omnia divine et humana jura permiscuntur. Quibus rebus cognitis, Cæsar apud milites concionatur. Omnium temporum injurias inimicorum in se commemorat, a quibus diductum et depravatum Pompeium queritur invidiâ atque obtrectatione laudis suæ, cujus ipse honori et dignitati semper faverit, adjutorque fuerit. Novum in rempublicam introductum exemplum queritur, ut tribunitia intercessio armis

*De Fausto*, Filipo estorba que sea Fausto enviano á la Mauritania en calidad de propretor. *Provincia privatis decernuntur*, confiérese el gobierno de las provincias á hombres particulares, esto es, que no habian sido cónsules ni pretores, etc. *Prætereuntur*, quedan excluidos. *Privato consilio*, de intento. *Paludatique exeant, votis nuncupatis*, y hechos los votos á los dioses salgan con sus vestiduras militares, de *paludamentum*, vestidura de general y gobernador de provincia. *Arma imperantur*, se da órden de juntar armas. *Exiguntur*, obligan á los municipios á que contribuyan con sumas de dinero. *Concionatur*, habla á sus soldados en los términos siguientes. *Diductum et depravatum*, de que le habian torcido y seducido. *Obtrectatione*, por emulacion de su gloria. *Cujus ipse honori*, por cuyo honor y dignidad siempre él habia mirado. *Intercessio*, autoridad de los tribunos se hallase atropellada...

*Sortes ejiciuntur*, y no entran en las suertes ó bolas que echaban en un cántaro. Los nombres de aquellos que habian de entrar en el gobierno de las provincias se escribian

en las suertes ó bolas que echaban en un cántaro, y moviéndolas iban sacándolas una por una.

notaretur, atque opprimeretur, quæ superioribus annis esse restituta. Syllam, nudatâ omnibus rebus tribunitiâ potestate, tamen intercessionem liberam reliquisse; Pompeium, qui amissa restituisse videatur, dona etiam quæ ante habuerat, ademisse, quotiescumque sit decretum: DARENT MAGISTRATUS OPERAM, NE QUID RESP. DETRIMENTI CAPERET: quâ voce et quo senatusconsulto populus romanus ad arma sit vocatus, factum in perniciosis legibus, in vi tribunitiâ, in secessione populi, templis, locisque editioribus occupatis (atque hæc superioris ætatis exempla expiata Saturnini atque Gracchorum casibus docet); quarum rerum illo tempore nihil factum, ne cogitatum quidem; nulla lex promulgata; non cum populum agi ceptum; nulla secessio facta. Hortatur, cujus imperatoris ductu novem annis rempublicam felicissimè gesserint, plurimæque prælia secunda fecerint, omnem Galliam, Germaniamque pacaverint, ut ejus existimationem, dignitatemque ab inimicis defendant. Conclamant legionis tertie decimæ, quæ aderat, milites (hanc enim initio tumultus evocaverat; reliquæ nondum convenerant), sese paratos esse imperatoris sui, tribunorumque plebis injurias defendere.

VI. Cognitâ militum voluntate, Ariminum cum eâ legione proficiscitur: ibique tribunos plebis, qui ad eum confugerant, convenit: reliquas legiones ex hibernis evocat, et subsequi jubet. Eò L. Cæsar adolescens venit; cujus pater Cæsar erat legatus. Is, reliquo sermone confecto, cujus rei causâ venerat, habere se a Pompeio ad eum privati officii mandata demonstrat: « Velle Pompeium se Cæsari purgatum, ne eâ, quæ reipublicæ causâ egerit, in suam contumeliam vertat;

*Nudata omnibus rebus*, despojado el poder de los tribunos de todos sus fueros. *Amisssa*, los fueros perdidos. *Vi tribunitiâ*, cuando los tribunos habían abusado de su poder. *Secessione populi*, cuando el pueblo se retiró al monte Aventino. *Locisque editioribus occupatis*, apoderándose de los montes de Roma. *Exempla superioris ætatis* pero estos ejemplos, dice, de tiempos antiguos quedaron bastante castigados con la muerte, etc. *Fecerint prælia secunda*, tuvieron muchísimas batallas favorables.

VI. *Ariminum*, Rimini. *Ex hibernis evocat*, saca de los cuarteles de invierno. *Legatus*, lugarteniente. *Reliquo sermone*, luego que expuso los demás motivos de su venida. *Officium privati ad eum*, que traía comision particular para él. *Purgatum Cæsari*, que Pompeyo quería disculparse con César. *Contumeliam vertat*, que se venga por agravio suyo.

semper se reipublicæ commoda privatis necessitatibus habuisse potiora; Cæsarem quoque pro suâ dignitate debere et studium et iracundiam suam reipublicæ dimittere, neque adeo graviter irasci inimicis, ne cum illis nocere se speret, reipublicæ noceat. » Pauca ejusdem generis addit, cum excusatione Pompeii conjuncta. Eadem fere, atque iisdem de rebus prætor Roscius agit cum Cæsare, sibi Pompeium commemorasse demonstrat. Quæ res etsi nihil ad levandas injurias pertinere videbantur, tamen idoneos nactus homines, per quos ea, que vellet, ad eum perferrentur, petit ab utroque, quoniam Pompeii mandata ad se detulerint, ne graventur sua quoque ad eum postulata deferre, si parvo labore magnas controversias tollere, atque omnem Italiam metu liberare possent: « sibi semper reipublicæ primam fuisse dignitatem, vitæque potioem: doluisse se, quod populi rom. beneficium sibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur, ereptoque semestri imperio, in urbem retraheretur, cujus absentis rationem haberi proximis comitiis populus jussisset, tamen hanc honoris jacturam sui reipublicæ causâ æquo animo tulisse: cum litteras ad senatum miserit, ut omnes ab exercitiis discederent, ne id quidem impetravisse: totâ Italiâ delectus haberi, retineri legiones duas, que ab se simulatione Parthici belli sint abductæ: civitatem esse in armis. Quoniam hæc omnia, nisi ad suam

*Reipublicæ commoda*, que siempre hizo mas aprecio de los intereses de la república que de los respetos particulares de ellos. *Pro suâ dignitate*, atendiendo á su honor. *Dimittere reipub.*, deponer sus deseos y enojos en obsequio de la república. *Neque adeo graviter irasci*, ni guardar tanto encono. *Etsi nihil pertinere*, todo lo cual, aunque parecia insuficiente para disminuir los agravios hechos á su persona. *Ne graventur*, no lleven á mal. *Parvo labore*, á poca costa. *Magnas controversias*, grandes diferencias. *Dignitatem reip. fuisse primam, potioemque vitæ*, que siempre habia antepuesto á todo, y aun á su misma vida, el decoro de la república. *Doluisse se*, que le habia sido muy sensible le hubiesen quitado con ignominia y violencia lo que consiguió por beneficio del pueblo romano. *Imperioque semestri erepto*, despojándole del gobierno de seis meses. *Retraheretur*, se le hiciese volver. (Nótese la fuerza particular de este verbo en este lugar, y que no dice *evocaretur*, pues era llevado con violencia.) *Jacturam honoris*, deshonor. *Simulatione belli Parthici*, so color de hacer guerra á los Partos (pueblos del Asia). *Quoniam hæc*, adonde se encaminaban todos estos aparatos sino á su aniquilamiento..

perniciem, pertinere? Sed tamen ad omnia se descendere paratum, atque omnia pati reipublicæ causâ. Proficiscatur Pompeius in suas provincias: ipsi exercitus dimittant: discedant in Italiâ omnes ab armis: metus e civitate tollatur: libera comitia, atque omnis respublica senatui populoque romano permittatur. Hæc quò facilius, certisque conditionibus fiant, et jurejurando sanciantur, aut ipse propius accedat, aut se patiatur accedere. Fore, uti per colloquia omnes controversiæ componantur.»

VII. Acceptis mandatis, Roscius cum L. Cæsare Capuam pervenit, ibique consules Pompeiumque invenit. Postulata Cæsaris renuntiat. Illi re deliberatâ respondent, scriptaque ad eum mandata per eos remittunt, quorum hæc erat summa: «Cesar in Galliam reverteretur, Arimino excederet, exercitus dimitteret. Quæ si fecisset, Pompeium in Hispanias iturum. Interea, quoad fides esset data, Cæsarem facturum quæ polliceretur, non intermissuros consules Pompeiumque delectus.» Erat iniqua conditio postulare ut Cæsar Arimino excederet, atque in provinciam reverteretur; ipsum et provincias, et legiones alienas tenere: exercitum Cæsaris velle dimitti; delectus habere: polliceri se in provinciam iturum, neque ante quem diem iturus sit definire, ut, si peracto Cæsaris consulatu Pompejus profectus non esset, nullâ tamen mendacii religione obstrictus videretur. Tempus verò colloquio non dare, neque accessurum polliceri, magnam pacis desperationem afferebat. Itaque ab Arimino M. Antonium cum cohortibus quinque. Arretium mittit; ipse Arimini cum duabus legionibus subsistit, ibique delectum habere instituit.

*Paratum descendere ad omnia*, pero que venia dispuesto á sufrir todo lo que sucediese. *Libera comitia*, tener libremente sus juntas. *Sanciantur jurejurando*, se firman con juramento. *Per colloquia*, conferenciando con Pompeyo.

VII. *Renuntiat*, expone las pretensiones. *Re deliberatâ*, ventraldo el negocio. *Quorum hæc erat summa*, que contenia en sustancia. *Quoad fides data esset*, hasta que César diese palabra segura de cumplir lo que prometia. *Intermissuros delectus*, ni los cónsules ni Pompeyo dejarian de juntar gente. *Definire ante quem diem*, y no señalar para qué tiempo. *Religione mendacii obstrictus*, de suerte que no se le podía argüir haber faltado á la ley del juramento. *Desperationem pacis*, desconfianza de que se reconciliarian ó harian las paces. *Arretium*, Arezzo, en Toscana. *Subsistit*, se queda...

Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat. Interea certior factus, Iguvium Thermum prætorem cohortibus quinque tenere, oppidum munire, omniumque esse Iguviorum optimam erga se voluntatem, Curionem cum tribus cohortibus, quas Pisauri et Arimini habebat, mittit. Cujus adventu cognito; diffusus municipii voluntati Thermus, cohortes ex urbe educit, et profugit; milites in itinere ab eo discedunt, ac domum revertuntur. Curio, omnium summâ voluntate, Iguvium recipit. Quibus rebus cognitis, confisus municipiorum voluntatibus Cæsar, cohortes legionis tertiadecimæ ex præsidiiis deducit, Auximumque proficiscitur, quod oppidum Actius, cohortibus introductis, tenebat, delectumque toto Piceno, circummissis senatoribus, habebat. Adventu Cæsaris cognito, decuriones Auximi ad Actium Varum frequentes conveniunt: docent «sui iudicii rem non esse, neque reliquos municipales pati posse, C. Cæsarem imperatorem bene de republicâ meritum, tantis rebus gestis, oppido, mœnibusque prohiberi: proinde habeat rationem posteritatis, et periculi sui.» Quorum oratione permotus Actius Varus, præsidium quod introduxerat ex oppido educit, et profugit. Hunc ex primo ordine pauci Cæsaris consecuti milites, consistere cogunt: commissoque prælio deseritur a suis Varus; nonnulla pars militum domum discedit: reliqui ad Cæsarem perveniunt: atque unâ cum iis deprehensus L. Pupius primipili centurio

*Pisaurum, Fanum*, Pésaro, Fano en Italia. *Iguvium... tenere*, de que el pretor Termo estaba apoderado de Ugubio. *Munire*, pertrechaba. *Omniumque esse Iguviorum*, y que todos los Ugubianos estaban muy á su devocion. *Discedunt*, se le desiertan. *Summâ omnium voluntate*, con entera aprobacion de todos. *Ex præsidiiis*, de las ciudades en que estaban de guarnicion. *Auximumque*, Osimo (en la marca de Ancona). *Habebatque delectum*, hacia levás en la marca de Ancona por medio de los senadores que habia enviado á los pueblos circunvecinos. *Frequentes*, en gran número. *Rem non esse iudicii sui*, que ellos no debian ser jueces de aquellas diferencias. *Bene meritum*, que habia hecho tantos servicios. *Prohiberi*, se le impidiese entrar en la ciudad por los que ocupaban sus muros. *Habeat rationem posteritatis*, tenga consideracion á lo que podrán decir los venideros, etc. *Præsidium*, guarnicion. Tambien significa la ciudad guarnecida de soldados. *Milites ex primo ordine*, de la vanguardia. *Consecuti*, habiéndole dado alcance. *Prælioque commisso*, rabada la batalla. *Centurio primipili*, capitán primero de los triarios...

adducitur, qui hunc eundem ordinem in exercitu Cn. Pompeii antea, duxerat. At Cæsar milites Actianos collaudat. Pupium dimittit, Auximatibus agit gratias, seque eorum facti memorem fore pollicetur.

VIII. Quibus rebus Romam nuntiatis, tantus repente terror invasit, ut cum Lentulus consul ad aperiendum ærarium venisset, ad pecuniam Pompeio ex senatus consulto proferendam, protinus, aperto sanctiore ærario, ex urbe progeret. Cæsar enim adventare, jam jamque et adesse ejus equites, falso nuntiabatur. Hunc Marcellus collega, et plerique magistratus consecuti sunt. Cn. Pompeius pridie ejus diei ex urbe profectus, iter ad legiones habebat, quas a Cæsare acceptas in Apuliâ hibernorum causâ disposuerat. Delectus intra urbem intermittuntur. Nihil citra Capuam tutum esse omnibus videtur. Capuæ primùm sese confirmant, et colligunt, delectumque colonorum, qui lege Juliâ Capuam deducti erant, habere instituunt; gladiatoresque, quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum productos, Lentulus libertate confirmat, atque iis equos attribuit, et se sequi jussit: quos postea, monitus à suis, quòd ea res omnium judicio reprehendebatur, circum familiares conventus Campaniæ, custodiae causâ, distribuit. Auximo Cæsar progressus, omnem

*Qui duxerat hunc eundem ordinem*, que había tenido el mismo grado. *Memorem facti fore*, que tendría presente su buen procedimiento.

VIII. *Tantus terror*, ocupó á Roma un miedo tal. *Ad pecuniam proferendam*, para dar dinero. *Jam jamque adesse*, y que ya estaba encima. (Frase elegantísima para significar que un mal amenaza muy de cerca. Ovidio: *Hesurum jugulo jam puto, jamque meo.*) *Collega*, su compañero en el empleo. *Pridie ejus diei*, el día antes. *Iter ad legiones habebat*, se encaminaba adonde estaban las legiones. *Hibernorum causâ*, para invernar. *Delectus intermittuntur*, cesan las levas. *Nihil citra Capuam*, en ninguna parte piensan estar seguros sino en Capua. *Confirmant sese*, se recobran. *Colligunt*, vuelven en sí. *In ludo habebat*, de los que Cæsar había formado allí una escuela. *Libertate confirmat*, les asegura la libertad. *Circum familiares conventus Campaniæ*, los repartió por los pueblos amigos de la Campania. *Custodiæ causâ*, para tenerlos asegurados; otros para defensa de las familias...

*Ærario sanctiore*, el erario más respetable. Erario era el que contenía aquellos caudales de que solo se echaba mano en casos extraordinarios, y que se guardaban en los

templos.

*Reprehendebatur*, lo desaprobaban todos. No era lícito á los esclavos romanos ser soldados.

agrum Picenum percurrit. Cunctæ earum regionum præfecturæ libentissimis animis eum recipiunt, exercitumque ejus omnibus rebus juvant. Etiam Cingulo, quod oppidum Labienus constituerat, suâque pecuniâ exædificaverat, ad eum legati veniunt; quæque imperaverit, sese cupidissimè facturos pollicentur. Milites imperat; mittunt. Interea legio duodecima Cæsarem consequitur; cum his duabus Asculum Picenum proficiscitur. Id oppidum Lentulus Spinther decem cohortibus tenebat: qui, Cæsaris adventu cognito, profugit ex oppido, cohortesque secum abducere conatus, a magnâ parte militum deseritur. Relictus in itinere cum paucis, incidit in Vibullium Rufum, missum a Pompeio in agrum Picenum, confirmandorum hominum causâ. A quo factus Vibullius certior, quæ res in Piceno gererentur, milites ab eo accipit, ipsum dimittit. Item ex finitimis regionibus, quas potest, contrahit cohortes ex delectibus Pompeianis. In iis Camerino fugientem Ulcilem Hirrum, cum sex cohortibus, quas ibi in præsidio habuerat, excipit. Quibus coactis, tredecim efficit. Cum iis ad Domitium Ahenobarbum Corfinium magnis itineribus pervenit, Cæsaremque adesse cum legionibus duabus nuntiat. Domitius per se circiter viginti cohortes ex Alba, ex Marsis, et Pelignis, et finitimis ab regionibus coegerat. Recepto Asculo, expulsoque Lentulo, Cæsar conquiri milites, qui ab eo discesserant, delectumque institui jubet. Ipse unum diem ibi, rei frumentariæ causâ, moratus, Corfinium contendit. Eò cum venisset, cohortes quinque præmissæ a Domitio ex oppido, pontem fluminis interrompebant,

*Agrum Picenum*, Marca de Ancona. *Cingulo*, Cingoli. *Milites imperat*, manda le envíen gente. *Consequitur*, se incorpora con Cæsar. *Asculum*, Ascoli. *Incidit*, se encontró, etc. *Causâ confirmandorum*, para alentar á la gente. *Quas potest contrahit cohortes*, junta las compañías que puede de las levas que levantó Pompeyo. *Excipit*, acoge. *Quibus coactis*, de todas las cuales forma trece. *Recepto Asculo*, recobrada Ascoli. *Discesserant*, que habían desertado de Lentulo. *Causâ rei frumentariæ*, para juntar viveres. *Corfinium contendit*, se dirigió á Corfinio. *Præmissæ*, enviados delante. *Interrumpebant*, cortaban el puente...

*Cunctæ præfecturæ*, todas las ciudades. Llamábanse así aquellas ciudades de Italia que por haberse rebelado no tenían senado ni ma-

gistrados, sino que de Roma les enviaban un prefecto, semejante á nuestros corregidores.

qui erat ab oppido millia passuum circiter tria. Ibi cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso, celeriter Domitiani a ponte repulsi, se in oppidum receperunt. Cæsar, legionibus transductis, ad oppidum constitit, juxtaque murum castra posuit. Re cognitâ, Domitius ad Pompeium in Apuliam peritos regionum magno proposito præmio cum litteris mittit, qui petant, atque orent, ut sibi subveniat: « Cæsarem duobus exercitibus, et locorum angustiis facilè intercludi posse, frumentoque prohiberi. Quod nisi fecerit, se cohortesque amplius triginta, magnumque numerum senatorum atque equitum romanorum in periculum esse venturum. » Interim suos cohortatus, tormenta in muris disponit, certasque cuique partes ad custodiam urbis attribuit; militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur, quaterna in singulos jugera, et pro ratâ parte centurionibus, evocatisque.

IX. Interim Cæsari nuntiatur Sulmonenses (quod oppidum a Corfinio septem millium intervallo abest) cupere ea facere quæ vellet; sed a Q. Lucretio senatore, et Actio Peligno prohiberi, qui id oppidum septem cohortium præsidio tenebant. Mittit eò M. Antonium cum legionis septimæ cohortibus quinque. Sulmonenses, simul atque nostra signa viderunt, portas aperuerunt, universique et oppidani, et milites obviam gratulantes Antonio exierunt. Lucretius et Actius de muro se deje-

*Tria millia passuum*, tres millas. *Antecursoribus*, corredores, ó los que enviaban delante. *Transducti*, pasados al otro lado del río. *Constitit ad*, hizo alto junto á la ciudad. *Posuit castra*, sentó su campo. *Peritos regionum*, prácticos en el terreno del país. *Qui petant* (muy elegante modo en lugar de *ut*), á pedir y suplicar. *Locorum angustiis*, que era fácil cortar á César en aquel paso estrecho. (Así *temporum angustia*, tiempo muy limitado.) *Frumentoque prohibere*, y estorbar le pasasen víveres. *Quod nisi fecerit*, y que si así no lo hacía. *Venturum in*, peligrarian. *Tormenta*, ingenios, máquinas de guerra. *Certasque cuique partes*, señala á cada uno qué parte de la ciudad debe defender. *Jugera quaterna*, cuatro yugadas por cabeza. *Pro ratâ parte*, y proporcionalmente si eran capitanes, ó habian venido de sus casas.

IX. *Abest*, dista. *Simul atque* (*statim ac, ut primum, postquam*, muy elegantes modos), luego que. *Oppidani*, habitantes. *Milites obviam*, salieron á recibir á Antonio y vitorearle, darle el parabien...

*Nostra signa*, nuestro ejército. Si se junta con numeral se traduce escuadron, porque cada uno lle-

vaba una bandera, como: *duo signa inferri iussit*.

cerunt. Actius ad Antonium deductus petit, ut ad Cæsarem mitteretur. Antonius cum cohortibus et Actio, eodem die quo profectus erat, revertitur. Cæsar eas cohortes cum exercitu suo conjunxit, Actiumque incolumem dimisit. Cæsar tribus primis diebus castra magnis operibus munire, et ex finitimis municipiis frumentum comportare, reliquasque copias exspectare instituit. Eo triduo legio octava ad eum venit, cohortesque ex novis Galliæ delectibus viginti duo, equitesque rege Norico circiter trecenti, quorum adventu altera castra ad alteram oppidi partem ponit. Iis castris Curionem præfecit. Reliquis diebus oppidum vallo, castellisque circumvenire instituit; cuius operis maximâ parte effectâ, eodem ferè tempore missi ad Pompeium revertuntur. Litteris perlectis, Domitius dissimulans in consilio pronuntiat, Pompeium celeriter subsidio venturum: hortaturque eos, ne animo deficiant, quæque usui ad defendendum oppidum sint, parent. Ipse arcânò cum paucis familiaribus suis colloquitur, consiliumque fugæ capere constituit. Cùm vultus Domitii cum oratione non consentiret, atque omnia trepidantiùs, timidiùsque ageret quàm superioribus diebus consuesset, multumque cum suis consiliandi causâ secretò, præter consuetudinem, colloqueretur, concilia conventusque hominum fugeret, res diutiùs tegi, dissimularique non potuit. Pompeius enim rescripserat, « sese rem in summum periculum deducturum non esse, neque suo consilio aut voluntate Domitium se in oppidum Corfinium contulisse. Proinde, si qua facultas fuisset, ad se cum omnibus

*Conjunctis*, incorporó. *Incolumen dimisit*, le dejó ir libre. *Magnis operibus*, con grandes reparos. *Præfecit*, dió el mando á Curion. *Vallo*, empalizada. *Ne animo*, que no desmayen. *Quæque usui ad, etc.*, y que dispongan cuanto pueda conducir. *Colloquitur arcânò*, descubre su interior secretamente. *Cùm vultus Domitii*, no conviniendo el semblante de Domicio con lo que decía. *Atque omnia*, y procediendo en todo con mas azoramiento y cobardía. *Multumque cum suis*, y la plática secreta y consulta con los suyos durase mas de lo acostumbrado. *Concilia conventusque*, y huyendo del trato y vista de los demás. *Res diutiùs*, no pudo ir á la larga el encubrimiento y disimulo del secreto. *Rescripserat*, le habia respondido. *Sese rem in summum*, que él nunca pondria el negocio en él último trance. *Suo consilio*, por su voto. *Contulisset*, se habia ido. *Si qua facultas fuisset*, si le fuese posible...



copiis veniret. » Id né fieri posset, obsidione atque oppidi circummunitione fiebat.

X. Divulgato Domitii consilio, milites, qui erant Corfinii, primá vespérâ secessionem faciunt, atque ita inter se per tribunos militum centurionesque, atque honestissimos sui generis, colloquuntur: « obsideri se a Cæsare; opera, munitionesque prope esse perfectas: ducem suum Domitium, cujus spe atque fiducia permanserint; projectis omnibus, fugæ consilium capere: debere se suæ salutis rationem habere. » Ab iis primò Marsi dissentire incipiunt, eamque oppidi partem, quæ munitissima videretur, occupant; tantaque inter eos dissensio exstitit, ut manum conserere, atque armis dimicare conarentur. Post paulò tamen, internuntiis ultrò citroque missis, quæ ignorabant de L. Domitii fugâ cognoscunt. Itaque omnes uno consilio Domitium productum in publicum circumstant, et custodiunt, legatosque ex suo numero ad Cæsarem mittunt: « sese paratos esse portas aperire, quæque imperaverit facere, et L. Domitium vivum in ejus potestatem tradere. » Quibus rebus cognitis, Cæsar, etsi magni interesse arbitrabatur quamprimum oppido potiri, cohortesque ad se in castra transducere, ne qua ut largitionibus, aut animi confirmatione, aut falsis nuntiis, commutatio fieret voluntatis, quòd sæpe in bello parvis momentis magni casus intercederent, tamen veritus ne militum introitu, et nocturni temporis licentiâ, oppidum diriperetur,

*Circummunitione*, por las fortificaciones con que estaba coronada la ciudad.

X. *Primâ vespérâ*, al anohecer. *Secessionem faciunt*, desertan. *Honestissimos suis generis*, por los mas distinguidos entre ellos. *Munitiones prope perfectas*, y que las fortificaciones estaban para concluirse. *Omnibus projectis*, desamparándonos á todos. *Capere consilium fugæ*, trataba de ponerse en salvo huyendo. *Marsi*, los Albanos se oponen á semejante resolucion. *Dissensio exstitit*, tanta desunion. *Manum consere*, que estuvieron muy cerca de venir á las manos y echar mano de la espadas. *Internuntiis ultrò citroque missis*, enviados mensajeros de una parte y de otra. *Circumstant*, le rodean puesto á vista de todos. *Transducere*, y hacer venir á sus reales. *Largitionibus*, dádivas. *Animi confirmatione*, por hallarse con nuevos alientos. *Commutatio voluntatis fieret*, se mudasen los ánimos. *Quòd sæpe*, porque es muy comun en la guerra, de ligeros principios nacer graves daños. *Licentiâ*, y libertad que dá á los soldados la noche...

ces, qui venerant, collaudat, atque in oppidum dimittit: portas murosque asservari jubet. Ipse iis operibus, quæ facere instituerat, milites disponit, non certis spatiis intermissis, ut erat superiorum hierum consuetudo, sed perpetuis vigiliis, stationibusque, ut contingant inter se, atque omnem munitionem expleant: tribunos militum et præfectos circummittit, atque hortatur, non solum ab eruptionibus caveant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus asservent. Neque verò tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, qui eâ nocte conquieverit. Tanta erat summa rerum expectatio, ut alius in aliam partem mente atque animo traheretur, quid ipsis Corfiniensibus, quid Domitio, quid Lentulo, quid reliquis accideret, qui quosque eventus exciperet.

XI. Quartâ vigiliâ circiter Lentulus Spinther de muro cum vigiliis custodibusque nostris colloquitur: « velle, si sibi fiat potestas, Cæsarem convenire. » Factâ potestate, ex oppido mittitur, neque ab eo prius Domitiani milites discedunt, quam in conspectum Cæsaris deducatur. Cum eo de salute suâ agit, atque obsecrat: sibi ut parcat, veteremque amicitiam commemorat, Cæsarisque in se beneficia exponit, quæ erant maxima, quòd per eum in collegium pontificum venerat; quòd provinciam Hispaniam ex præturâ habuerat: quòd in

*Operibus*, fortificaciones. *Non certis spatiis*, no á trecho. *Sed perpetuis vigiliis*, sino con continuas centinelas y guardias, que unas á otras se tocasen. *Expleant omnem munitionem*, y descubriesen todas las fortificaciones. (Diferencia entre *totus* y *omnis*.) *Circummittit*, distribuye al rededor. *Ab eruptionibus caveant*, se guarden de hacer salidas. *Sed etiam*, sino la que cada soldado haga ocultamente. *Neque eorum*, y no hubo ninguno tan cobarde ó desmayado que reposase en toda la noche. *Mente atque animo traheretur*, que cada cual andaba distraído en varios pensamientos é imaginations. *Quid accideret*, que seria de. *Qui eventus*, y qué suceso tendria cada uno.

XI. *Si fiat potestas*, si se lo permiten. (*Facere copiam alicui*, lo mismo.) *De salute suâ*, de poner á cubierto. *Provinciam Hispaniam*, el gobierno de España. *Ex præturâ*, despues que fué pretor...

*Quartâ vigiliâ*, al amanecer, á la caída de la noche. Esta se dividia en cuatro vigilias. 1.ª Desde las seis hasta las nueve. 2.ª Hasta las doce. 3.ª Hasta las tres. 4.ª Hasta amanecer.

cer. Luego comenzaban las horas del día, Prima, Tertia, Sexta, Nona, durando cada una tres horas de nuestro relój.